



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate  
Libri Septem**

**Scardeone, Bernardino**

**Venetiis, 1542**

Iuductio ut incesta suo se iudicio condemnet cap. xiii

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30433**

LIBER PRIMVS.

per meretrix plena peccatis accesserat, iustificata, inno-  
cens, & sine peccato recessit. Quid tu ergo cunctaris  
diutius, aut differs in longum emendationem pecca-  
torum. Pro certo scias tempus, quod nunc acceptabi-  
le est, mox in aduersam tempestatem immanitatis, &  
horroris plenam totum mutandum esse: quando tis-  
hil ualebit poenitentia, nec erit ulla spes ueniae, nec hu-  
manæ aut diuinæ misericordiæ perfugium.

Inductio ut incesta suo se iudicio condemo-

net.

Cap. XIII.

Videate miseræ foeminae uosmetipsæ de uobis: hic  
iudicium uestrum requiro. Ingradimini parumper  
secretum thalamum conscientię uestræ, & sedentem  
ibi pro tribunal spectate eam ipsam dominum de uo-  
bis secreto iudicio rectissime iudicantem: nam sicut dis-  
cit Apostolus, si nos metipso diludicaremus, non utiq;  
iudicaremur. Quæ namq; ex uobis tam expers ratio-  
nis erit, ut iudicio isto domestico, non succumbat: ac  
ream se se non dicat, et omni supplicio dignam: Et Matth. 25  
enim si uirgines fatuæ uel ob solam ignauiam, nuptiis  
coelestibus excluduntur, quid de iis quælo fieri, quæ no-  
tantum, ut fatuæ illæ boni opus negligenter fecerunt,  
sed eiam petulanter sacrata, atque sanctificata Deo cor-  
pora impuris prostituerunt, lenonibus uulgantes Chri-  
sti thalamum in lupanar: Dicite rogo, hoc etiam à uo-  
bis requirimus. Si mortalis cuiusvis hominis uxor de-  
prehensa in adulterio ex præcepto legis obrui lapidi-  
bus digna est: quid sponsæ Christi adulteræ fieri pat-  
est: unica quidem puniri morte parum est, grauiora  
commeruit scelus. Sed quidnam ergo supplicii erit  
huic incestæ satis, si mors una poenæ satis non est: Ali-  
quid profecto atrocius morte id sit, oportet: et hoc erit  
mortis sempiterna poena: quam nec mors ulla extin-  
guat, nec ullus diminuat dies, nec ullum refrigerium

C iii

1. Cor. 11

Matth. 25

## DE SACRIS VIRG.

Ieuet. Pernoscite uel ex hoc, quanta sit sceleris istiusmodi immanitas, qdum tam misericors sit ecclesia sancta Dei, tamen eiusmodi flagitium tam diro anathema feriat, ut ne morieti quidem communionem per Illis bertani concilii decretum dandam uelit ei, quae Deo dicata stuprum aliquando commiserit: qui tam pro nullo fere alio crimen (quod sciam) legatur communionē cuipiam in morte interdicti. Sed iā contra eiusmodi incestas satis dictū arbitror. Horret siquidem animus, & ob pristinæ virginitatis honorem eas tantæ fœditatis uitio incessere mens ipsa reformidat, meq; ipsam sanè perpudet de his minus honorifice loqui, qdum sponsam Christi deceat: & qdum ipsa sacrarum virginum postulet reverentia: quoquo modo interim placetq; istarum uiuant, atque a uoto, & à sua professione rebellent.

11.103.1  
Quam graue scelus sit Deo dicatam virginem  
polluere incestu, qdum acerrime semper  
fuerit vindicatum. Cap. XIIII.

**H**actenus de impudicis uestalibus, sed quae modo satis digna cōuicia in eos ipsos celestos, atq; incestuosos hoīes dici possunt, qdum has ipsas uirgines sic Deo dicatas polluere, & incestare nō uerentur. Quænā oris facundia: qdum grauitas orationis: aut qdum uehe mentia uerborū, atq; sententiarii in tam nefarios, ac profanos adulteros, posset pro sceleris gratuitate satis digna reperiri: Vicit qdē officiū linguae atrocitas rei, & facinoris magnitudo. Id cogitare mens stupet, & manus refugit exarare. Scelus est, pfecto quod nec ulla potest eloquentia satis explicari, nec ulla satis digna poena puniri. Profanus si quidē habetur, qui aut sanguinis, aut seuminis profluvio ædem polluit: at qdum profanior qui putram, & cōsecratam virginē incestat: spiritus sancti tépla profanat: & sanctificatum corpus detestabili colluione corrūpit: Si ualde nefariū est uasa consecrata manibus,

III. Q.